



Modvs Frvctvose Celebrandi Missam

**Giustinelli, Pietro
Belli, Domenico**

München, 1649

Die Dominico.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55294

*Alia Orationes pro opportuni-
tate Sacerdotis ante celebratio-
nem, & Communionem
dicende.*

*Oratio Sancti Ambrosij
Episcopi.*

Die Dominico.

SV M M E Sacerdos, & vere
Pontifex IESV Christe, qui
te obtulisti Deo Patri hostiam
puram, & immaculatam, in a-
ra Crucis pro nobis miseris
peccatoribus : & qui dedisti
nobis carnem tuam ad man-
ducandum, & sanguinem tu-
um ad bibendum, & posuisti
mysteriū illud in virtute Spi-
ritus sancti, dicens : Hæc quo-
cief-

tieseunq; feceritis, in mei me-
moriā facietis. Rogo te per
sanguinem tuum pretiosum,
magnum salutis nostrae pre-
tium. Rogo te per hanc mi-
ram, & ineffabilem charitatē,
qua nos miseros, & indignos
sic amare dignatus es; ut la-
uares nos à peccatis nostris in
sanguine tuo. Doce me indi-
gnū seruum tuum, quem
inter cætera dona tua ad offi-
cium sacerdotale vocare di-
gnatus es, nullis meis meritis,
sed sola dignatione misericor-
diæ tuæ. Doce me, quæso, per
Spiritum sanctum tuum, tan-
tum tractare mysterium, ea re-
uerentia, & honore, eaque de-
uotione, & timore, quibus o-
portet, & decet. Fac me Da-

L. mine

mine IESV per gratiam tuam
semper illud de tanto myste-
rio credere , & intelligere , di-
cere , & cogitare , sentire , & fir-
miter retinere , quod tibi pla-
ceret , & expedit animæ meæ . In-
tret Spiritus tuus bonus in cor
meum , qui sonet tibi sine so-
no , & sine strepitu verborum
loquatur omnem veritatem
tantorum mysteriorum , quæ
profunda sunt nimis , & sacro-
tecta velamine : propter ma-
gnam clementiam tuam , con-
cede mihi hodie , & semper
Missarum solemnia puro cor-
de , & pura mente celebrare .
Libera cor meum ab immun-
dis , & nefandis , vanis , & nox-
ijs cogitationibus . Muni me
beatorum Angelorum pia , &
fida

fida tutela, atq; fortissima cu-
stodia, vt hostes omnium bo-
norum confusi discedant per
virtutem tanti mysterij, & per
manum sancti Angeli tui. Re-
pelle à me Domine Iesu Chri-
ste, & à cunctis seruis tuis du-
rissimum spiritum superbiæ,
cenodoxiæ, inuidiæ, iracun-
diæ, fornicationis, & immun-
ditiæ, dubietatis, & blasphe-
mia. Confundantur, qui me
persequuntur: pereant illi, qui
perdere cuncta fecerint.

Feria secunda.

REx virtutum, amator cä-
stitatis, & integritatis Deus
cælesti rore benedictionis cæ-
tingue in corpore meo fo-

L 2 mi-